Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ric me simul commoriri tibi; non te negabo.
Similiter autem et omnes dicebant. Et ue-
nerunt in predium: cui nomen gethsemani.
Et ait discipulis suis: Sedete hic donec oret. Et
assumpsit petrum et iacobum et iohem secu-
et cepit pauere et tedere. Et ait illis: Tristis est
anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic; et
vigilate. Et cum processisset paululum procidit
super terram: et orabat: ut si fieri posset transi-
ret ab eo hora. Et dixit abba pr; omnia tibi
possibilia sunt transfer calicem hunc a me. Sed
non qd ego volo: sed quod tu. Et venit; et inue-
nit eos dormientes. Et ait petro: Symon dormis.
Non potuisti una hora vigilare: Vigilate et
orate; ut non intretis in temptacoem. Spiritus
quidem promptus est caro autem infirma. Et re-
rum abiens; orauit eundem sermone. Et reuer-
sus denuo; inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati; et ignorabant quid re-
ponderet ei. Et venit tertio: et ait illis: Do-
mite iam et requiescite. Sufficit venit hora; ec-
ce tradetur filius hominis in manus pcorum.
Surgite eamus. Ecce qui me tradet ppe est. Et ad
huc eo loquente; venit iudas scariothis unus
ex duodecim. et cum illo turba multa cum gla-
diis et lignis missi a summis sacerdotib; et scribis